



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Olavs Mart. 29. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

28. Iulij
rtua, Ex
ntis, nō
juvanis
ec denuo
é CHYRA
MM.
s gladius
igati vi-
tinam &
næ rosam
probat
genitus.
bus iret,
iffe, fon-
liolanum
ium om-
ro Chri-
magni-
accepit.
Gallias
ilissimum
as artes
pulchra
perio ad
agistrum,
calcibus
uo CEL.
cedium,
NAZARIO
injuriam
in

29. Iulij VITÆ S A N C T O R V M . 363
in Diis ulciscuntur , rectiusque hos humi affi-
gunt. Mari deinde velut prato inambulantes vi-
diles. Mitto cetera. NAZARIUS cervicem gladio
præbuit. Idem CELVS fecit , tantillus discipulus
Magistro tanto non impar. Ex Lippeloo.

Quod loquimur, dictamus & scribimus, de vite
nostra parte præteruolat: qui dudum infans , subito
puer, repente juvenis , & usque ad senectutem per
spatia mutatur incerta. & antè se senem intelli-
git, quam juvenem non esse miretur. S. Hieron. A
c. 40. 1f.

S. O L A V S M A R T . 29. Iulii.

S I ulli magnatum profuit alienas terras lustra-
re, OLAVO profuit Norwegiæ Regi. Fortè An-
glie regnum hospes intravit, cum oculis , non ut
hodie fit, ad curiositatem abusus , inter peregrina
decora Fidem nostram aspexit. Placuit ; ac proin
Rothomagi poste à sacris undis ablutus alius in re-
gnū suum rediit, aulæ comites permultos Epí-
scopos & fidei præcones trahens. Sed & ipse glo-
riosum duxit dignumque rege munus , Euangelij
præconium facere , quæ quidem inter Imperii cu-
ras prima jam illi erat. Altera ab hac , cum otium
bella dabant, purgare regnum ab ariolis & incan-
tatoribus , quos ille, quia fumos vendivat, dignis-
simos ignibus judicavit. Leges, quas Ecclesia san-
xit, quam sanctas à suis haberi voluerit , ex eo per-
species , si scias quam severè neglectas in se ipso
vindicarit. Nam fortè festo die cortice bacillum
nudabat. Monitus statuit à malè otiosa manu pœ-
nas continuò expetere. Itaque assulas in ipsā ma-
nu incendi voluit, & peccantem ignibus expiari.
Cæterum quia justitia amans cumprimis erat,
nihil mirum si post hanc terris proscriptam etiam

Q5.

ipse

ipse in exilium est pulsus. Rediit tamen postliminiō in regnum. Verūm, quod secum reducere etiam justitiam laboraret, concitatavit in se Danorum anima. Contra hos dum movet, videt in somnis scalam ad cœlos pertingentem, dumque illuc constitutus, ecce à legato expergefactus conqueritur nimirum cœlo se detractum. Sed eodem mox subiit, cùm proditus à suis in pugnâ cecidit. Nostri tamen ævi principibus scalam, hoc est, vitæ exemplum reliquit. Ex vit. Aquil.

Dum vocat & licet, virtutes amplectere: in oculis tuis versetur pudor, in auribus veritas, verba vita in lingua tua, imago Dei in corde tuo, in membris omnibus continentia, ut ab Angelis & hominibus callauderis. S. Ephrem de Exercitatione.

S. L V P V S E P I S C O P . 29. Iulij.

LVPM dixi. Tu, si vitam leges, ovem, scio, dices, ita placidis moribus hic Lvpvs erat. In conjugio annos egit septem omnino. Dehinc inter Cœnobitas cœpit vivere, & conjux in virginum collegio, gratissimo Superis divortio. Verūm Trecentes ex cœnobio extraxerunt, & quamvis invictu Lvpum pastorem sibi legerunt, felicissimo eventu. Alter enim lupus sed longè crudelissimus gregi imminebat Artila, ille orbis prædo ebrius semper, sed nunquam satur humano sanguine. Et ja infesta signa urbi inferebat, cùm obvius irato cum suis sit Pontifex, rogatq; quem deniq; sese esse putaret Rex, qui mundum sic omnē fulminis instar pervaderet? Artila nihil humile spirans, flagellum Dei se esse respondebat. Hic enimvero Antistes portas pandi omnes civitatis jubet & modestissimis verbis avere multum jubet Dei flagellum. Quid expectas verba hęc fero.